Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Rudolphi Goclenii Exercitationes et disputationes ethicae & politicae

Goclenius, Rudolph

Marpurgi Cattorum, 1601

LVI. Virtus laudeturne propter se, an propter actiones?

urn:nbn:de:bsz:31-109121

Visual Library

ſemplans eſt, & velle, parum facere ad virtutes Ethicas, ſi quis perceperit Ethicæ quandã theoriam: prudentiam verò notitiam quidem comprehendere non ſimplicem, ſed talem, quæ ab appetitu pendeat, tum ſuperiore, tum inferiore: quòd non ſolùm ad prudentiã pertineat conſultare de deſtinatis ad finem, ſed & conſultatione concluſa imperare efficaciter, ut hoc vel illud fiat. Id quod non poteſt fieri ſine voluntate, quæ quidem ad id non adduceretur, niſi appetitus inferior utcunque domitus & coërcitus eſſet.

LVI.

Virtus laudetúrne propter ſe, an propter actiones?

ARISTOTELES ſic oſtendit virtutem eſſe potiùs ex honorabilibus (μᾶλλον τῶν τιμίων) quàm ex laudabilibus (ἢ τῶν ἐπαινετῶν:) laudantur ea, quæ aliò referuntur. Felicitas aliò non refertur. Non igitur laudabilis felicitas. Propoſitionem probat ſic: Laudatur vir bonus, & virtus ipſa, non propter ſe, ſed propter actiones. At idem Ariſtot. in Rhet. lib. 1. cap. 9. contrà ſcribit: Actiones propter virtutes laudari, quoniam facta ſigna ſunt habitus. Quin imò ait, laudamus virum bonum, qui nihil agit, cùm virtute præditum credimus. Si igitur actiones non ſunt laudabiles propter ſe, ſed quia teſtificantur virtutem,